

plena virtutibus fovebat et cum
plenebatur spiritualiter ipsa an
te mulieres omnes scientie prece
lente: puto quod intelligit quod aiad
nent. Na alie quide partes gra
m meruerunt. ipa aute plena
gra ab angelo salutata. **Hec an**
telus. Oro. Illuc uiga uesse
florida et fructifera maia uir
go uirgissima. de qua uirgo ille
et singularis flos et fructus pro
dit. uirtutum spiritualium germen eru
pit: flos suauissimus emittens
odorem: fructus sapidissimus in
mens dulcoris. flos cuius uoi
tas expellit mestitiam: fructus
cuius sacietas uenenam dat letitiam
Benedicta uiga de radice uesse:
uirtus et flos: quod de tali ra
dice ascendit. Benedicta arbor ben
dicta et arboris fructus. Tuo er
go flore me recrea: tuo fructu
ab omni miseria me libera: uirgo
maia in eternum benedicta. amen.

De receptioe iohannis bap^{te} Ca. iiii

Vit aute in di
ebus illis salz
in diebus hero
dis regis iudee.
sacerdos quida
noie sachaias

de uice abia: et uxor eius noie

quantum ad obseruanciam ceremonialium:
sine quarela. quantum ad obseruanciam
iudicialium: quod pacifice se ad proxi
mos habebant. Et non erat illis
filius propter sterilitatem: que est causa
specialis mulieris. Ex quo apparet
receptio percursoris miraculosa: quod
non fuit tantum per naturam: sed per
naturam gratia diuina adiuta. **T**
Iste herodes de parte ydumeo de
cendens fuit alienigena: et iam cep
trum ablatum fuit de iuda: et
ideo tempus aduentus christi instabat: quod
iacob patriarcha spiritu propheta sig
num aduentus christi prederent. qui reg
num iudee ad alienigenam translatum
esset dicens. Non auferet ceptrum
de iuda etc. **T** Et sciendum est hic
quod cum moyses unicum instituisse su
mum sacerdotem. cui mortuo unus per
ordinem succederet: dauid uolens im
plere cultum domus domini. de xxiiii fa
miliis que descenderant ab aharone in
stituit uiginti quatuor sacerdotes: su
per quos tamen unus maior erat et su
mus omnium: qui dicebatur princeps sac
dotum. Instituit etiam ut uicissim mi
nistrantes per ebdomadam a sabbo
usque ad sabbatum tempore uias sue
singuli castissime student: nec
interim in domum ipsam intraret:
sed in domunculis circa templum

msw. 08/11

alte Nr. 352.

Calixtus, G. mit

Samelband mit insges. 67 Disputationen
philosophischen Inhalts, darunter auch
einige mathematische.

Herman. Comringus

c. 13. 17. c. XL.

F. III. 6.

DISPUTATIO ETHICA

De

VIRTUTE MO-
RALI IN GENERE
ET PRINCIPIIS ACTIO-
NUM HUMANARVM,

Quam

A. D. O. M.

SUB PRAESIDIO

M. ERICI MULLERI,
Hemmendorff. Brun-
svigij,

IN ILLUSTRIS ACADEMIA IVLIA

Examini subicit,

Idib. April.

GEBHARDVS IOHANNES
Hampen / Alvensleb.

HELMAESTADI,

Typis heredum IACOBI LUCI,

Anno cl^o l^oc XXIV.


DISPUTATIO ETHICA
DE
VIRTVTIBUS
RALLI IN GENERE
ET PRINCIPIS ACTION-
UM HUMANARUM.

A. D. O. M.
M. ERICII MULLERII
Hermannsdorff Pann-

IN ALEXANDRIAE ACADEMIA UNIVERSITATE
Examini publici
Ab Anno
GERHARDVS IOHANNES
Compositus

HELMSTADT
Typis hereditum Iacobus Engel
Anno eius 1724.









THESIS I.



N practicis disciplinis, è quarum numero Ethica est, tria consideranda veniunt, sicuti ex Logicis constat. Primo finis, ex quo omnia ordinantur, & ad quem cuncta referuntur, deinde subiectum in quod introducendus iste finis, & tertio deniq; media, per quæ finis ille obtinetur.

II. Subiectum Ethicæ alij aliud statuunt. Omnium commodissimè sine dubio dicitur, quod ipsum sit homo, quatenus is capax felicitatis ciuilis. Finis, uti apparet, est ciuilis beatitas, siue, vt i. Eth. Nicom. c. 6. apud Arist. habetur, functio muneris animi, virtute directa: ac si plures virtutes sint, virtute optimâ ac perfectissimâ: & præterea in vita perfecta. Ex quibus etiam intelligitur aliquo pacto medium, quo ad summum illud bonum pervenitur, nempe ipsum esse virtutem.

III. Notandum verò ex i. Eth. Nic. cap. 13. & 2. Ethic. cap. 1. item 2. Eadem c. 4. & aliis locis, virtutes esse in duplici differentia, quasdam dici intellectuales, quasdam morales. Intellectuales principales enumerantur i. 6. Eth. Nic. c. 3. & sunt, Mens, vulgò Intellectus, Scientia, Sapientia, Prudentia & Ars. Quibus eo loci subjunguntur aliæ duæ, Existimatio videl. siue fides humana & Opinio, ita tamen, ut quantum illæ quinque præ hisce duabus emineant, non obscure intelligi possit; siquidem posterioribus mentiri animus possit, prioribus numquam. Morales explicantur à Philosopho libris 2, 3, 4, 5. Eth. Nicom. quas deinde occasione datâ itidem breviter recensebimus.

A

4. Por-

IV. Porro hinc in principio advertendum, omnes virtutes extrinsecus advenire, nullas animis nostris innascenti: Et quidem intellectuales magnam partem à doctrina oriri & augeri, ideoque temporis nonnihil ad id opus esse; Morales verò usu & adsuefactione parari, id quod vel nomen ipsam indicet. Descendit enim Ethica *ἠθικὰ*, quæ vox à posteriore non multum abit, certè tantum non distat, quin inde esse agnoscatur.

V. Sed nos, missis intellectualibus virtutibus, quas secundum quid duntaxat virtutes dici existimat D. Thomas 1.2. q. 56. a. 3., de virtute morali in genere paucis agemus, ita tamen, ut tum eius natura, tum ex quibus virtus dependeat principijs, siue vnde paretur, facilè inde perspici possit.

VI. Et quidem virtutes morales nobis naturâ non inesse, variè evinci potest. Primò, quæ naturâ nobis insunt, ea per adsuefactionem aliter atque nata sunt, fieri non possunt. Neque enim, si decies millies lapidem sursum projicias, cum adsuefacere poteris, ut vltimò dein ascendat, sed semper instinctum naturæ sequetur ac descendet, quemadmodum reliqua gravia corpora omnia. Similiter ignis, præter eum motum, quem natura ei tribuit simplicem, alium suâ sponte non admittet, verùm quò natura monstrat, eò extemplò feretur, id est, sursum.

VII. Deinde quæcumque nobis à natura obveniunt, in ijs potentiæ operationes antecedunt, v. g. non ex eo, quod sæpe vidimus, audiimus, gustauimus &c. visum, auditum, gustum, &c. habemus, sed quia potentijs istis à natura donati sumus, idcirco eas possidemus. Virtutis prorsus alia ratio est. Neque enim virtutem antè possides & postea agis secundum eam, sed antè agas necesse

cesse est sapius, quæ virtutis sunt, si virtus tibi cordi fuerit. Idq; non solum in moralibus, verum etiam in omnibus omnino artibus usu venit. Ἄ γὰρ δὲ μάλιστα τοῖς εἶν, ταῦτα ποιοῦντες μάχονται 2. Eth. Nic. cap. 1.

II X. Deniq; omnes legumlatōres id intendunt, certe debent, ut ciues suos quàm optimos efficiant; quem finem si consequuntur, ciues vtrā cum repub. bene habent, sin frustrantur eo, & ciues & respub. ab hac parte laborant. Perridiculè autem illud à Legumlatoribus, hominibus sanè prudentissimis, susciperetur, si naturā boni vel mali effemus. Naturā igitur virtutem nulli inesse, sed per actiones ipsam acquiri sic ostensum esto. Quare accuratè ad actiones nos attendere oportet. Quales enim cæ fuerint habitum antecedentes, talis ipse habitus postea existet, si bonæ, bonus quoq; is erit, sin malæ, talis etiam introducet habitus. Summa, si defectus erit in actionibus habitum præcedentibus, ille defectus quoq; inuenietur in habitu, habitumq; denominabit.

IX. Nota obiter discrimen inter actiones illas, quæ habitum virtutis antecedunt, eumq; producunt, & illas, quæ eundem consequuntur. Ille non nisi materialiter bonæ habentur, hæ quod ab habitu proficiscuntur, formaliter etiam tales iudicantur. Francisc. Piccolom. Gradu 2. cap. 10. de princip. virt. *Dicendum censeo, inquit, huiusmodi actiones morales solo genere proximo conuenire, ultimā tamen specie differre. Pro cuius notitia & explicatione considerandum est, actionem duo includere, vnum perinde ac materiem, alterum tamquam formam. Primum idem est: distributio enim pro iure unicuiq; est id, quod in actione iustitiæ obtinet locum materiei: id autem, quod obtinet locum formæ, est duplex, vel remotum, vel proximum: è longinquo formant actionem ratio, præelectio & finis vniuersè sumpta, & idcò per hoc illa*

ille actiones non distinguuntur: proximè autem formantur à modo, quo fiunt & praeligantur. Et quia præcurrentes sunt absq; constantia & cum interna pugna perturbationum, sequentes cum constantia & moderatione perturbationum, ideo distinguuntur proximà forma & specie: ratione cuius distinctionis una actio dicitur virtutis actio, altera minimè, una iusta tantum, altera etiam iustè acta & c.

X. Quia verò actiones omnes singulares sunt, vt Philosophus lib. 2. Eth. Nic. cap. 2. & passim inculcat, ac singularia sub artem & præceptionem non cadunt, quin immò in actionibus versantes numquam non ab occasionibus pendere easq; diligenter obseruare oportet, proinde hæc, vbi esse nequit, *à ne Cesar* nemo requiret, sed oratione, qualis haberi potest de huiusmodi rebus, contentus erit. *Est enim hominis probè instituti*, ait Philosophus lib. 1. Eth. Nic. c. 1. *tantam in vnoquoq; genere subtilitatem desiderare, quantam rei ipsius natura recipit.*

XI. Et si autem eiusmodi est hæc materies, ut *à ne Cesar* respuat, videndum tamen, vt incommodo illi aliquà saltem ratione subueniatur. Id quod fiet, si obseruaerimus, virtutem moralem omnem in doloribus ac voluptatibus versari. Per quas enim res habitus animi melior ac deterior fit, ad illas naturam eius pertinere, in ijsq; ipsam versari manifestum est. Igitur rectè in hisce se gerere virtutis fuerit, deficere autem, vel modum excedere, vitiorum; vt ita liqueat hæc talia per defectum & excessum corrumpi ac perimi, mediocritate autem conservari. Inde eleganter Plato lib. 1. de legib. duo, inquit, fontes sunt, voluptas & dolor à natura profluentes, è quibus qui haurit, quâ parte, quando & quantum oportet, felix est, tam ciuitas, inquam, vniuersa, quam privatus quisq;, immò quodq; animal. Qui autem haurit imprudenter & cum non oportet, ipsa vita obtingit contraria. Hæc ille. 12. Sed

XII. Sed, inquires, cum crebris actionibus habitus acquiratur, potestne certus earum actionum numerus assignari, ut quo completo, certus esse queam, me habitum virtutis habere? Respondeo id esse non posse, cum non vno & eodem modo omnes ad virtutem sint dispositi. Quidam enim à teneris statim ita educantur, ac instituuntur, ut, quando se tradunt huic disciplinæ informandos, iam tum, quibus oportet, latentur & doleant. Alij verò prorsus flagitiosè ab hac parte parati accedunt, quin non rarò vitia iam didicerunt, antequam sciant vitia esse, ut Fab. lib. I. Instit. Orator. cap. 2. grauitè differit de peruerso more educationis liberorum suo etiam tempore usitato. *Non igitur parum, inquit Aristot. lib. 2. c. 1. Eth. Nic. refert, virum sic, an sic assuescamus: immò verò rotum in eo situm est.*

XIII. Tria autem sunt, quæ in vita expetere solemus, honestum, vtile, iucundum; tria item hisce opposita, quæ fugere, turpe videl., inutile ac molestum. Et quidem, vir bonus optimè in ijs segerit, malus contra nusquam non offendit ac labitur, maximè tamen in voluptatibus, quòd voluptas communior, adeoq; omnibus animantibus familiaris, tum etiam, quòd à prima pueritia cum homine quasi adolescat, atq; sic minus prouidum & circumspectum sine negotio irretire ac decipere possit. Vnde Heraclitus difficilior voluptati obsisti aiebat, quàm dolori.

XIV. Ceterum quia in superioribus dictum, iustis actionibus iustum aliquem euadere, quin in vniuersum bonis agendis bonum, hinc non immeritò quæritur, numne iustus ac bonus iam sit, qui iusta & bona agit? Respondemus non statim sequi, iusta agentem, iustum esse, aut bona, bonum. Neq; enim Cambysen regem Persarum

idcirco iustum quis verè pronunciauerit, quod Sifam-
nè iniustum iudicem excoriari fecerit, licet actio ea alias
iustissima fuerit. Etenim sæpenumero iusta quis agere
potest, qui tamen iustus minimè est. Quid enim, si quis
fortuito, aut altero suggerente ac præeunte, grammatica
loqueretur, tunc hunc Grammaticum extemplò voca-
bis? Nequaquam. Sic quoq; non statim iustus, fortis,
temperans &c. erit, qui quæ aliàs iusti, fortes, temperan-
tes, &c. agere solent, agit, sed is demum, qui hæc eo mo-
do præstat, ut iusti, fortes, temperantes &c. solent, id
est, ex habitu. Longè siquidem aliter hæc res sese habet,
quàm in ijs, quæ ab arte proficiscuntur. Arte facta enim
in semet ipsis bonitatem suam inclusam habent. Nam
gladius bonus esse potest, etiamsi à nequissimo fabrefa-
ctus sit fabro. Ethica verò potissimum respiciunt ani-
mum agentis, indeq; bonitatem suam sortiuntur. Quæ e-
nim quis sciens, pleno consilio & per electionem, con-
stantiq; voluntate agit, si bona fuerint, maiorem laudem,
si mala, maiorem pœnam profectò merentur, quàm si
circumstantijs istiusmodi destituantur.

XV. Verum ut propius non nihil ad rem accedamus,
& in quo natura virtutis consistat, adeoq; definitionem
eius vestigemus, repetendum ex præcedentibus, virtu-
tem in animo esse. In animo autem quoniam tria in-
sunt, quæ quidem huic aliquid faciant, scilicet affectus,
potentiæ naturales, & habitus, virtutem ex horum nu-
mero esse necesse erit. *Affectus* vocamus cupiditatem,
iram, metum, fiduciam, gaudium, amorem, odium, desi-
derium, æmulationem, misericordiam, & si quæ eius
generis alia, quæ dolor & voluptas subsequitur: *Potentias*
autem, quibus ad hosce affectus propensi sumus, siue per
quas irasci, dolere, misereri &c. possumus. *Habitus*
deniq;

deniq;, per quos benè vel malè aduersus affectus hosce
disponimur.

XVI. Ad affectus, & potentias naturales, virtus refer-
rinequit. De affectibus ipsum ita ostendo. Primò, quia
ex affectibus, vt talibus, neq; boni neq; mali dicimur, ex
virtute & vitijs ita dicimur. Neq; enim qui timet, lauda-
tur aut vituperatur, neq; qui irascitur, sed qui certo mo-
do ista agit, vel laude ornatur, vel vituperio oneratur. De-
inde sine procresti, quin sæpè inuiti irascimur & time-
mus, sed virtutes aut ipsæ sunt electiones quædam, aut
certè non sine electione. Deniq; affectibus dicimur mo-
neri, virtutibus autem certo duntaxat modo disponi.

XVII. Ex quibus constat Philosophum lib. 2. c. 4. *Φό-
βου* siue inuidiam, & cap. 6. *ἄναισθησίαν*, *ἀναξυρσίαν* siue
impudentiam obiter annumerasse affectibus, cum ipsis
hisce vocibus vitia statim inuoluantur, non secus ac
adulterio, furto, cæde & similibus actionibus malis, idq;
ipse ostendit cap. 6. *Hæc enim*, verba sunt Philosophi,
*omnia & que sunt huius generis, sic appellantur, quod ipsa ma-
la sint, non eorum excessus aut defectus. Numquam igitur fie-
ri potest, vt in his rectè fiat, sed semper peccatur: neq; in tali-
bus rectè aut non rectè faciendi vis in eo posita est, vt cum quæ-
& quo tempore, & quo modo adulterium facere oporteat, animad-
uertatur, sed simpliciter & absolutè quiduis horum admittere,
peccare est. Quamobrem mediocritatem, seu medium in his
postulare, simile sit, ac si quis in iniuria facienda & in vita i-
gnaua & intemperata, mediocritatem, nimium & parum que-
rat &c.*

XVII. De potentijs similiter res expeditu facilis est.
Nemo enim simpliciter inde bonus vel malus appella-
tur, quod potentijs ijs sit præditus. Præterea paullo an-
tè de virtutibus negatum fuit, quod per naturam eas ha-
beamus.

beamus, quod tamen potentiis illis conuenit. Ipsae enim natura nobis tribuit, & per consequens in omnibus inuenientur, cum virtutes tantum in certis sint, adeoque tantum in illis, qui actionibus bonis, quibus acquiruntur, operam dederunt. Relinquitur ergo quod virtutes habitus sint.

XIIIX. At verò non satis est scire virtutem esse habitum, atque sic genus novisse, sed porro dispiciendum, qualisnam virtus habitus sit, vt de differentia quoq; nobis constet. Planū autem est, virtutem omnem tum subiectum in quo est, tum opus illius ornare ac perpolire. Ita virtus oculi, oculum & functionem oculi perficit. Virtuti quippe oculi tribuendum, quod benè videamus. Similiter equi virtus tum equum ipsum bonum efficit, tum ad currendum equitemq; vehendum & hostes expectandos expeditum ac paratum. Quod si ita est in omnibus, hominis profectò virtus habitus erit, quo homo & bonus fiat & suo munere benè fungatur. Id quod plenus intelligemus, si virtutis naturam paullo altius introspexerimus differentiamq; inquisuerimus.

XIX. Ab initio autem notandum, quod in omni re continua & divisibili plus & minus, ac deniq; ipsum medium sumi possit, atq; tale medium vocetur *medium rei* æqualiter ab utroq; extremorum distans, ideoq; vnum & idem apud omnes. Deinde esse aliud adhuc medium, quod appelletur *medium rationis*, idq; propterea, quia à recta ratione constituatur, nec vnum idemq; esse apud omnes, sed pænè respectu singulorum indiuiduorum variare. Vtriusq; mediij exempla ex Aristot. lib. 2. c. 5. subijciemus. Prioris tale est: Si decem multa, duo pauca sunt, sex medium rei hinc erunt. Nam æqualiter superant & superantur. At posterioris alia ratio est. Non enim si decem

cem

decem libras comedisse nimium sit, duas absumsisse parum, sex alipta præscribet. Miloni, homini robustissimo, forte decem libræ parum fuerint, alij etiam sex, immò duæ nimium esse possunt. Nam non omnium eadem est constitutio corporis. Itaq; quantum ad conservandam valetudinem concedendum corpori, ipsum à recta ratione determinabitur. Et tale quid est medium rationis, sive respectu nostri.

XX. Porro omnis ars tum demum munus suum explet & absolvit, si opera sua ad mediocritatē revocet: illud autem fit, si quando ita scitè & affabrè facta fuerint, ut neq; addi, neq; demi ipsis amplius quicquam possit. Id quod indicio est, excessu & defectu corrumpi omnem artis perfectionem, mediocritate autem subsistere. Quod si ipsum fit in omni arte, virtus quoq; moralis, cum nullâ arte inferior existat, immò omni tali limatior ac melior, quoniam affectus corrigit præcipuè, in quibus itidem dantur gradus, datur nimium, parum & medium, eos ad mediocritatem rediget. Nam mediocres si fuerint affectus, laudantur, sin minùs, vituperantur.

XXI. Intelligi verò hîc medium rationis potissimum, sive quo ad nos, facile patet. Nam non solum actiones in Ethicis expenduntur quâ tales, sed simul cum iis quoq; subiecta, à quibus eduntur, ut supra ostendimus: Quæ quia variant, mediocritas quoq; hæc una esse non potest. Et tantum etiam de medio respectu nostri sive differentia virtutis.

XXII. Ex quibus talem extruimus definitionem: virtus est habitus electivus, consistens in mediocritate, quæ nos respicit & determinatur à recta ratione, sive quemadmodum vir prudens eam determinaverit.

XXIII. Præterea cum actiones omnes singulares sint,

B

non

non sufficit in genere ostendisse virtutem consistere in mediocritate, oportet ipsum quoq; de singulis speciatim demonstrare. Quod breviter faciemus incipiendo à Fortitudine, quæ virtus est inter audaciam, excessum, & metum, defectum, medio loco interiecta.

XXIV. In corporis voluptatibus rectè se gerit Temperantia. Excessu peccat intemperantia, defectu *ἀναισθησία*. Defectus nomen non habet, quod rarò inveniatur, qui ad omnem voluptatem, etiam concessam, obstupescat.

XXV. Sequitur Liberalitas, quæ est virtus mediocritatem servans in dandis & accipiendis pecunijs iisq; parvis. Modum excedit prodigalitas, deficit avaritia. Quod si pecuniæ magnæ fuerint, rectè eas tractare docet Magnificentia; Excessus hîc appellatur luxus, defectus sordes.

XXVI. Venimus nunc ad virtutes, quæ circa honores versantur; suntq; duplices, maiores & minores; De majoribus rectè præcipit Magnanimitas, excedit superbia, deficit pusillanimitas. Circa minores honores quæ occupata virtus, ea nomen non inuenit, potest tamen vocari Modestia; Excessu hîc peccat ambitio, defectu verò omnis honorum contemptus, qui defectus itidem nomine caret. Observa quando Aristot. l. 2. c. 7. ambitiosum interdum laudari ait, interdum verò honoris contemptorem, huiusmodi ambitiosum tum coincidere cum viro forti honestatisq; studiosiore quàm vulgus sit, & honoris contemptorem, cum modesto, quemadmodum difficultatem hanc ipse solvit lib. 4. cap. 10,

XXVII. Iræ moderatur *πραότης* sive Mansuetudo. Excessu peccat iracundia; defectus nomine destituitur, quod rarò sit, qui hîc deficiat.

XXIIX. Supersunt virtutes *ὀμιλητικαί*, sive ea, quæ de-
servi-

serviunt congressibus, & sunt tres, *Candor*, sive *Veritas*, *Vrbanitas*, *Humanitas*. *Candor* est virtus, quæ nec auget, neque extenuat rem, sed veritatem, uti par est, enunciat, adeoq; media est inter jactantiam & simulationem. *Vrbanitas* decorè & in loco sales proferre docet. Modum superat scurrilis dicacitas, defectu peccat rusticitas & infulsitas. *Humanitas* deniq; cum aliis sic vivere docet, ne iis nostra conversatio & præsentia molesta sit. Excessu peccat assentator, defectu *δύσκολος* sive morosus.

XXIX. De justitia, quia operosiore expositione indiget, quàm reliquæ virtutes, quas hætenus enumeravimus, hîc brevitate studio non agemus, neq; etiam de virtutibus intellectualibus. De quibus qui cognoscere aliquid cupit, Aristot. lib. 5. & 6. consulere potest. Nobis ad præsens negotium ceteras levi brachio & suspensâ manu quasi nunc attigisse satis sit.

XXX. Cæterùm, quia inter virtutem & vitia, adeoq; inter ipsa vitia sive excessum & defectum, pugna est ac oppositio, tribus verbis quoq; de hac agemus.

XXXI. Obscurum autem rectè expendenti esse non potest, vehementiorem esse pugnam vitiorum inter se, quàm virtutis & vitiorum, immò unius sæpe vitij cum virtute, quàm alterius. Profectò timiditas magis fortitudini opponitur, quàm audacia, intemperantia magis temperantiæ, quàm *ἀναισθησία*. Ratio diversitatis hujus est disconvenientia. Nam, quatenus conveniunt, eatenus pugnare nequeunt. Quoniam verò omnium minimè excessus & defectus conveniunt, propterea etiam omnium acerrimè inter sese collidunt.

XXXI. Atq; ad hunc modum virtus in genere exposita esto. Quæ quoniam istud, quod medium est, in actionibus ostendit, medium autem tenere ubiq; difficile

est, facilis quoque non erit virtutis aurea illa possessio. Quod si tamen quisq; sibi non defuerit, & actiones suas diligenter examinaverit, à quo abstinendum, quò cundū, recta ratio ignorare ita curiosum non sinet. Itaq; ad quæ vitia maximè proclivem se quisque senserit, ab iis quantum poterit se removebit & in contrarium nitetur. Simile quid propemodum hîc faciendum, quod faciunt, qui distorta ligna dirigunt. Illis non satis est dirigere ligna, sed sæpe ea non nihil in alteram partem etiam flectere opus habent, ut sibi relicta, dein eò facilius recta persistant.

XXXII. Suprà nobis definiēbatur virtus, quod esset habitus electivus, consistens in mediocritate, quo ad nos. De mediocritate hætenus multa satis: accedemus nunc ad alteram definitionis particulam, proæresi videl. Absque hujus enim declaratione virtutis definitionem plenè assequi nemo potest. Electio autem quoniam sine reliquis actionum humanarum principiis commodè exponi nequit, de iis etiam agemus, & quidem pro instituti ratione breviter.

XXXIII. Principia illa quatuor sunt, spontaneum, Consultatio, Electio, Voluntas sive voluntarium.

XXXIV. Primo loco de Spontaneo. Cujus expositio cum magno juvetur opere ab expositione Inviti, paucula de eo hîc præmittemus.

XXXV. Dupliciter autem Invitum quid dicitur: Vno modo, per violentiam, altero, per ignorantiam: Invitum per violentiam vocatur id, cujus principium foris est, & quidem ejusmodi, ut nihil omninò adjumenti adferat is, qui agit aut patitur. v. g. si ventus quem auferat, aut robusti homines portent, ita ut nullo is pacto in actionem consentiat, invitum per violentiam ablatum aut portatum

fatus rectè dicitur. Nam si minimum in actionem inclinetur, alia ratio est.

XXX. Vnde etiam intelligitur, iucunda licet extra sint & fortiter non rarò appetitum impellant, eiusmodi motionem violentiam dici non debere. Quod aliàs, si istoc pacto violentum dicatur, nihil non inter violenta referri possit, quod quidem ab homine agitur. Proinde non sufficit, ut principium foris sit, requiritur insuper, ut nihil is conferat, qui agit aut patitur. Deinde violentis actionibus dolor comesit, non voluptas. Deniq; nullus est, qui quæ benè acta judicantur, eorum semet principium non constituat. Quid ergò, quæ turpia commiseris in iucunda ac voluptatem transferes? Id verò valdè ridiculè fit. Si enim iucunditas in causa, tum aut utraque violenta dicenda fuerint, aut neutra. Nam honesta ut agas, quoq; iucunditas facit.

XXXVII. Dubium hîc oritur de actionibus, quæ per metum suscipiuntur honesti alicuius causâ, vtrum spontaneæ, an invitæ dicendæ tales sint. V. g. si parentem ac liberos tuos tyrannus captivos detineat, neq; eos aliâ cõditione liberare è manu tyranni possis, nisi imperata à tyranno facias, quæ absq; hoc esset numquam faceres; Item, si quis obortâ tempestate in mari deprehensus, ad retinendam vitam merces abijcere cogatur; de his, inquam, & similibus actionibus quæritur, vtrum spontaneæ, an invitæ appellandæ sint. Neq; enim, nisi necessitas urgeret, fierent, & tamen quando fiunt, eas omninò fieri volumus.

XXXIIX. Mixtæ eiusmodi vocari consueverunt, ita tamen, ut spontaneis similiore esse videantur. Sunt enim optabiles & eligibiles, tum quando eduntur. Quorum autem actionum principia ita in nobis sunt, ac pote-

state nostra, ex catenus inuitæ non erunt, sed spontaneæ, immo fortè spontaneæ simpliciter. Quando enim fiunt, pleno consilio ad talia acingimur. Inuitæ tamen appellari possunt, propter conditionem appositam. Hanc autem si sustuleris, meræ spontaneæ sine controuersia erunt hæ actiones.

XXXIX. Mixtas has esse actiones inde quoq; patet, quod ob eam laudamur, quam culpamur, neq; raro quoq; veniam consequimur. Quod esse non posset, si simpliciter violentæ forent. Si quis enim magnæ & honestæ alicuius rei gratiâ molestiam subierit, aut, quod aliàs minus decorum fuerit, admiserit, tantum abest, ut malè eo nomine audiat, ut etiam sæpe commendetur; culpetur, si occasionem præclarè agendi molestiâ eâ cripi sibi passus sit. Quod si fortius sit cogens, quàm ut hominis constantia ei par esse possit, nemo est, qui gratiam istiusmodi facinoris agenti ultrò non faciat. A quibus tamen excipe, quæ ad cò turpia sunt, ut mors potius eligenda, quàm ea patres; cuiusmodi sunt patriam prodere, parentes occidere &c. Nullo enim pacto, etiam sæuissimis cruciatibus ad talia se quisquam adigi patiatur.

XL. Quid itaq; inuitum per violentiam vocetur simpliciter, quæ actiones mixtæ, & quâ ratione ita dici possint, hætenus explicauimus. Transibimus nunc ad inuitum per ignorantiam.

XLI. Est autè inuitum per ignorantiam, quod ob ignorantiam fit, cuiusq; eū, qui ita agit, postmodum poenitet. Quem enim facti sui non poenitet, etiam si id ob ignorantiam commiserit, quia alius est à priore, alio quoq; nomine vocetur, & quidem non sponte, faciens factumque non-sponte factum.

XLII. Quo rectius autem cognoscatur quæ ignorantia

tia

tia excusare, quæ non possit, notandum in duplici fere
differentia esse, quæ ignorari ab homine possunt. Vel e-
nim sunt vniuersalia ac ita generalia, vt nisi quis prorsus
rationem sepeliat, aut captæ mentis sit, nescire ea non
possit, qualia sunt, finis actionis, vel quæ naturæ lex ac re-
cta ratio nullâ non horâ ingerunt. Hæc ignorantia vul-
gò dici solet ignorantia iuris: & minimè excusat. Vel
singularia, cuiusmodi sunt persona, res, locus, tempus,
instrumentum, quo in agendo vtimur, modus agendi &
his similia. In quib⁹, si contingat, ut quis erret, quia prou-
deri semper satis nequeunt, error ille interdum excusari
potest. Hæc dici consuevit ignorantia facti.

XLIII. Cognito inuito, facile iam erit explicare,
quid spontaneum sit. Itaq; cuiuscunq; principium est in
eo, qui singula cognoscit, in quibus actio versatur, spon-
taneum siue sponte esse factum dicitur. Tantum de spon-
taneo: pergemus ad Electionem.

XLIV. Hæc virtuti est coniunctissima, adeò quidem,
vt mores hominum ab ea magis, quàm ab actionibus di-
iudicari cernas. Quare operæ pretium fuerit, naturam e-
ius rectè scrutari.

XLV. Videtur autem Electio spontaneum quid esse;
nec tamen idem cum eo est. Primum, quia strictior illo est.
Omnis quidem Electio spontanea est, sed non omne
spontaneum Electio. Secundo, pueri ac bruta animan-
tia sponte agunt, Electionem tamen non participant.
Tertio deniq; quæ spontè aguntur, subito agi possunt, ad
Electionem autem tempore opus est.

XLVI. Neq; ad cupiditatem, aut iram, aut volunta-
tem, aut opinionem aliquam, vt veterum nonnulli fe-
cerunt, referri Electio potest. Non ad Cupiditatem,
quia Electio non pertinet ad ea, quæ ratione carent, vt
cupi-

cupiditas & ira. Deinde cupiditas cupiditati non adversatur, Electioni autem maximè contraria est cupiditas. Deniq; cupiditas sectatur iucunda & quæ sæpe molestiam adiunctam habent, Electio propriè neq; iucundi, neq; molesti est. De Ira res magis expedita est. Nam brutis quoq; ea competit, & peius adhuc, quàm cupiditas cum Electione decertat.

XLVII. At neq; Voluntas est, licet ipsi valdè affinis sit. Nam voluntas eorum etiam esse potest, quæ nulli mortalium obtingere possunt, ut immortalitatis, quam velle quidem possumus, eligere tamen non possumus. Præterea velle quis potest alteri, quod præstare eidem nõ valet, ut si quis uni ex histrionibus, vel athletic victoriam cupiat: velle ita potest, ac conciliare non statim palmã ei valet. Ultimo deniq; loco voluntas præcipuè est finis, Electio autem mediorum ad finem v. g. benè valere volumus, & hoc nos velle dicimus, eligimus propriè media, quibus finis iste obtinetur.

XLIX. Superest Opinio. Quod autem Electio non sit Opinio, multis argumentis probari potest. Primò, quia Opinio ad omnia sese extendit, & est tam rerum æternarũ, quæq; à nobis fieri non possunt, quàm quas fieri in nostra manu est: Electio tantum in ijs occupatur, quæ nostri sunt arbitrij. Secundò, quia eo ipso, quo bona vel mala eligimus, boni vel mali quodammodo sumus, quando autem opinamur, non statim tales sumus aut dicimur, qualis fuit Opinio. Tertiò, Opinio vero & falso distinguitur, Electio bono & malo. Quartò, fugere vel adipisci rē, vel quidquam agere, eligimus, non opinamur; opinamur autem quid res sit, cui conducatur & qua ratione. Quintò, Electio laudatur, si ejus rei sit cuius oportet, Opinio autem probatur, si vera sit. Sextò, eligimus eas
res,

res, quas maximè exploratas habemus, Opinamur non
rarè illa, quæ usq; ad eò nota nobis non sunt. Septimò
& postremò, sæpe contingit, ut optimè multi opinentur,
malè autem propter in hærentem malitiam eligant.

XLIX. Quid ergò, inquires, tandem est Electio? Re-
spondeo ipsam spontaneam quidem quippiam esse, sed
talem, quod consultatio præcessit sive de quo prius delibe-
ratum fuit.

L. Nos igitur, ut in pleniorè Electiois notitiam
deveniamus, de consultatione nonnulla subjungemus,
quod commodè fiet, si intellexerimus de quibus delibe-
ratio institui soleat, non sanè à stolido, sed ab eo, qui in-
tegræ mentis sit. His enim cognitis, deliberationis na-
tura tota cognita fuerit.

LI. Nemo autem sanus de iis, quæ fieri prorsus ne-
queunt, nec quæ necessariò fiunt, nec quæ in fortunæ re-
meritate tantum posita sunt, deliberabit, immò ne
de omnibus quidem nostro arbitrio subjectis. Quæ e-
nim levia sunt & nullius momenti, aut nihil ad nos atti-
nent, in deliberationem venire non solent. Relin-
quuntur igitur Consultationi reliqua, quæ sub actionem
cadunt, & quidem non uno semper modo agi nata sunt.
Consultamus autem non de finibus, sed de mediis, qui-
bus ad finem pervenitur. Vbi ne aberremus, sæpe cum
alijs rationes nostras communicare asolemus. Dein-
de si plura media adsunt, quodnam sit optimum inter il-
la; si unum, tum quæ isto quàm utilissimè ad finem uta-
mur. Atq; ita se habet consultatio.

LII. Estq; itaq; Electio earum rerum, quæ in nostra
potestate sunt appetitio, ex consultatione proveniens.

LIII. *Due quæstiones adhuc restant, quibus expeditis,*
C *dispu-*

disputationem claudemus. *Vna* est de obiecto voluntatis, quodnam illud sit, *altera* an penes hominem sit, esse probum vel improbum.

LIV. Quod priorem quaestionem attinet, de ea non una semper omnium fuit sententia. Quidam enim veterum solum bonum per se obiectum voluntatis faciebant, quidam contra bonum apparens duntaxat. Sed neutra opinio recto stat talo. Nam si bonum solummodo per se voluntatis obiectum statueris, tum minus recte volens nullum habebit volitum: Si autem & hoc sub voluntatem cadat, bonum fuerit etiam apparens bonum, quod est contra hypothesein. Sin posueris bonum apparens siue specietenus tantum tale, esse obiectum voluntatis, tunc nullum fuerit naturam obiectum voluntatis, sed prout cuique visum fuerit. Quod si hoc, non vnum erit illud obiectum, immo saepe sibi contraria obiecta voluntas pro obiectis habebit. Atqui id quoque absurdum est.

LV. Igitur rei veritate dicimus, obiectum voluntatis per se bonum esse, pro ut autem voluntas huius & illius spectetur, modo bonum revera, modo apparens saltem, pro obiecto ei esse v. g. vir bonus bonum simpliciter volet, malus autem & vitiosus, saepe etiam apparens, & prout fors tulerit, immo, quia ex habitu operatur, plerumque id volet. Tantum de priore quaestione: sequitur posterior.

LVI. Quae quaestio, quamvis etiam ex superioribus ab attento decidi satis possit, tamen nihil oberit eam breuiter hic quoque soluere. Dictum autem paullo ante, voluntatis obiectum praecipue esse finem, de mediis consultationem institui ac electionem. Quod si illud est, uti est, & electio ac consultatio liberè a nobis obeuntur, a-
ctio.

ctiones quoq; inde prodeunt, conformes his ac liber-
ras esse oportebit. Ex actionibus autem quia virtus &
vitia generantur, per consequens ipsa liberè quoq; no-
bis inerunt.

LVII. Itaq; quod dicitur: *ἄδικος ἐκὼν πονηρός, ἄδ' ἀκων
μακάρος*: sponte nemo improbus, neq; nolens beatus ullus, partim
falsum est, partim verum. Verum quidem est omnem
beatum sponte suâ beatum esse, falsissimum verò vitia in-
vitos nos fœdare.

LIX. Luculentum quoq; testimonium huic rei fe-
runt tum Legumlatores, tum privatus quisq;. Nam v-
no ore sceleratos ad supplicium destinant, bonos verò
præmiis & honoribus afficiendos consent, vt his ad vir-
tutem calcar addatur, illorum verò similes pœnarum
metu in viam, dum possunt, revocentur.

LIX. Quæ verò actiones arbitrij nostri non sunt, ad
eas agendas nemo sanus aliquem compellit. Id enim
perinde foret, ac si quem pulsemus & iubeamus, ne do-
leat, aut eturientem prohibeamus, ne esuriat.

LX. Porro, etiam ignorantiam vindicare iubent Le-
gumlatores, præsertim si ipse quis causa illius sibi exi-
stat. Ita ignorantia per ebrietatem contracta adeò olim
non excusabat, si quis per eam quid mali commisisset, vt
etiam ebrios duplici pœna dignos iudicaret Pittacus My-
tilenæus. Vide Aristot. l. 2. de Repub. c. 13.

LXI. Dices, nonnulli adeo malitunt, ut non nisi ma-
le agere possint, numne illi à pœna eximi possunt? Re-
spondeo non possunt. Nam quod mali sint, nec ad acti-
ones suas, ex quibus vitiositas illa nata, attenderint, sibi
& fœcordiæ suæ imputent. *Ignorare enim, inquit Philo-
sophus, è studiis in quaq; re positus habitus gigni, hominis est sen-
su pœnè carentis, lib. 3. Eth. Nic. cap. 8.* Itaq; quando integra

adhuc res erat, & antequam contrahebant habitum vitio-
sum, emendare se & vitam suam debuissent, quod quia
neglexerunt, tales, quales sunt, omnino esse voluisse ju-
dicantur. *Actionum enim à principio ad extremum dominis-
sumus, laudo iterum verba Philosophi, cum rerum singula-
rium cognitionem habeamus; habituum verò principium dux-
erat in nostra potestate est, lib. 3. Eth. Nic. cap. 3.* Atq; hæc
pro instituti ratione de virtute morali in genere & i
principiis actionum humanarum dixisse
nunc quidem suffi-
ciat.

F I N I S:



94 A 7363

ULB Halle 3
002 826 550



5b.


V47

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
Campus in Berlin-Potsdam
Via Lovienaa kam für illu



visibile voluit ex uirgine sumere: con-
grue debuit corporali specie apparere
formauit autem angelus corpus
sibi lucidum: quod secundum Augustinum facie
rutilans et veste choruscans uir-
gini apparuit. Conuenienter uero
uirgini annuntiatur incarnationis uerbum:
ut scilicet prius ipsum inciperet me-
te quam carne. **M**utans ergo
angelus nomen eue. dicit uirgini
aue: indicans eam ab omni uel
beram. **Q**ue bene gratia plena di-
citur: quod alijs ad mensuram gratia
datur: hec autem sola gratia
quam nulla alia meruerit conse-
cuta est: ut gratie impleretur
auctore. **Q**ue cum gratia plena sit.
prius etiam quam concipiat: post concep-
tionem quantum dei habundat gratia
quis cogitare possit? **U**nus ieronimus
Et bene plena: quod ceteris per partes
prestatur gratia: maiore uero simul
se totam infudit gratie plenitudo:
uere gratia plena: per quam largo sancti
spiritus umbra perfusa est omnis
creatura. **Q**ue celis dedit gloriam.
terris deum pacemque refudit: fidei
gentibus finem uicibus: uite ordinem.
moribus disciplinam. **D**icitur
quoque ei dominus tecum. scilicet sit in uen-
tre. qui tecum est in animo: adimplet
ventrem. qui adimplet mentem.

quod et si tota saluatio angelus in se
uirgini gratissima: ista tamen clausula
dominus tecum potissime eam delectat
ideo singulari deuotione dicitur de eam
Licet enim iam eam in uirgine: non
tamen misit nuncium: quod modo singulari uo-
luit esse secum. **H**ec etiam sola per
omnes mulieres et super omnes mu-
lieres benedicta predicatur. **C**um
mulier subiaceret maledictioni dei
ut legis: nam corrupta subiaceret ma-
ledictioni dei que ait **In dolo** par-
tes: uirgo maledictioni legis non
erat. **maledicta sterilis**: sed inania
utrumque maledictum uitauit: maledic-
tionem dei. quod uirgo promissit: maledic-
tionem legis: quod filium habuit. **U**nde
ipsa primicia uirginum dum primo
uiginitate sua de obtulit. **maledic-
tionem legis aboleuit**: et merito benedicta
dicitur: per quam mundus a maledic-
tione liberatur. **E**t notandum
quod super hac saluationem nunquam ho-
mo uenire ualebit: nec alius
excellens dulcis et gratiosus uirginum
uigine saluare potest: quam dicitur sa-
luatioem quam ipse deus per dicitur
et per angelum ei destinauit. **In** uir-
gine singulis dulcissima implen-
tur mysteria. **N**am deus per eam
sua omnipotentia confirmat: ut
esset immis ab omni uel
tunc uel quod que filia



B.I.G.

Farbkarte #13

Inches
Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

37

ETHICA

TE MO-
GENERE
IIS ACTIO-
ANARVM,

O. M.

RESIDIO

VLLERI,

Brff. Brun-

ij,

ADEMIA IVLIA

Subjicit,

April.

IOHANNES

alvensleb.

ESTADI,

ACOBI LUCI,

oc XXIV.

